



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

5. Legatus à latere, an confirmare possit electiones exemptorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO V.

Legatus à latere an confirmare possit electiones exemptorum.

SUMMARIUM.

1. Appellatione sanctæ Sedis comprehenditur legatus à latere. 2. Exempti an administrare possint ante confirmationem.

Solum legatos à latere exemptorum electiones confirmare posse expressa Bonifacij VIII. constitutione definitum est *cap. si Abbatem de elect. in 6. Card. conf. 67. cap. cum venerabilis de consuet. Spec. de legato § nunc ostendendum vers. 22.*

Ratio est, quia appellatione sanctæ Sedis ad quam confirmatio spectat comprehenditur legatus à latere *Philipp. Franc. d. cap. si Abbatem n. 4. 10. de Anania conf. 94. col. 2. vers. quod etiam sic ostendo & ubi Lud. Bolongin. in addit. socin. tract. de oblationib. mag. factu lib. 19. num. 8 & seq.* Alij autem legati inferiores hoc requireunt nisi id eis à Sede ipsa specialiter sit commissum *tex. d. ca. si Abbatem §. huiusmodi in fine.* Quod ipsum visum fuit Panormitano, his verbis. Quæro qui confirmet Abbates die dato quod non sunt exempti, sunt per Episcopos confirmandi in multis tamen locis dicit Hostiensis, quod patres Abbates illos confirmant & non videt quo iure id faciunt nisi super hoc habeant privilegium. Ita ille *cap. 1. num. fin. in fine de supplement. negl. Prælat.*

Ad hæc, hac in materia prætereunda non est Doctrina Navarræ in *cap. accepta possessionis octava solutione num. 31. de restit. spoliator. tom. 3.* eum qui à Capitulo unanimiter eligitur si sit à Curia Romana immediateque Papæ subiectus administrare posse, literis super confirmatione electionis non expeditis, tum quia etiam nullatenus confirmata electione recipi à Capitulo posset & administrare *cap. nihil de elect. cum quia extravagans Iniuncto de elect. non debet extendi ultra ea quæ continet Navarr. d. oppos. 8. num. 13. & 31.* Tum quia Oldradus *conf. 6. incip. postea sine præiudicio* determinat Archiepiscopum Brach, qui est immediate subiectus, distans à Rom. Curia ultra 30. dietas ad instantiam sui Capituli & propter suæ Ecclesiæ utilitatem per administrationem ante confirmationem non incurrisse pœnas dictæ extravagan-
in iunctæ Navarr. d. nu. 31. 10. Francus in glos. fin. d. extravag. Cuius extravagan-
 tis materiam exacte & practice locis jam citatis explicatam invenies apud Navarr. ad quem si opus sit, recurri poterit.